

DISSERTATIO
DE
CONTRIBUTIONIBUS

Q V A M

Aspirante Divino Numine

SUB PRÆSIDIO

VIRI AMPLISSIMI ATQVE CLARISSIMI

HERMANNI CONRINGII
PHILOSOPH. ET MED. DOCTORIS AC
PROFESSORIS CELEBERRIMI &c.
FAUTORIS AC PRÆCEPTORIS SUI
PLURIMUM OBSERVANDI

ad diem Julii

ERUDITORVM

placida subjiçit ventilationi

GOTHARD MARQVART
Lübecensis

IN NOVI SYLEI AUDITORIO MAJORI

℥ (o) ℥

HELMESTADI,

Typis HENNINGI MULLERI, Acad. Typ.

ANNO MDCCCLXIX.



DILECTISSIMO SVO


D N . P A R E N T I

**Ad pietatem debitamque obser-
vantiam declarandam**

Hoc studiorum suorum specimem

Dicat consecratq;

GOTHARD MARQUART



THESIS I.

IN omni Rep. summam potestatem sive Majestatem jus aliquod habere in bona privatorum nemo temere in dubium vocabit.

II.

Cum enim Reges creati essent, civile Imperium tueri non potuerunt nisi mediis ad id necessariis. Necesse itaque fuit, iisdem aliquas opes tribuere, ordinaria subsidia & extraordinaria, quibus cum regium decus servaretur, tum onera publica sublevarentur, & in tantum honestas & publica utilitas suo quasi jure sibi vindicavit, ut Reges ratione jurisdictionis & administrationis, quasi dominos efficeret omnium honorum, ut tantum ex universis Reip. & privatorum bonis decerpere possit Majestas, quantum exigat necessitas.

III.

Merito vero ratione jurisdictionis omnia bona Civium summæ potestati subunt. Nam omnis Resp. est societas perfectissima, quæ intendit cives reddere beatos, idcirco si habet jurisdictionem in ipsos cives multo magis in civium bona.

IV.

Nec porro ratione protectionis, de Majestate, circa bona civium & subditorum est dubitandum. Si enim Reip. competat salutem civium querere, necessitas quoque

exigit, ut civibus eorumque bonis præsidio sit, & omnes
quasi sub umbrâ factos tectos servet.

V.

An verò ulterius & quidem ratione administrationis
subsint Majestati, sunt qui dubitant & qui negant. Verùm
rem aliter se habere hunc in modum demonstrari posse vi-
detur. Sine quo Respublica non potest esse salva id pote-
stati civili non est eximendum. Atqui sine administratio-
ne bonorum privatorum Respublica non potest esse facta.
Ergo nec ratione administrationis bona privatorum su-
premæ potestati eximenda erunt.

VI.

Interim non simpliciter hic omnem administra-
tionem intelligo, sed eam tantùm, quæ ad usum & salutem
reip. pertinet. Cum enim bona pars civium aut subdi-
torum valde sit imprudens, & plane ignoret qua ratione
suis bonis ad reip. salutem præesse debeat, hinc resp. salva
minimè esse potest, in qua cuilibet integrum est bona sua
pro libitu administrare.

VII.

Verum enim verò non tantùm ratione jurisdictionis,
protectionis & administrationis Majestati jus in bona pri-
vatorum arrogamus, sed etiam verum propriæque sic di-
ctum dominium, sive de bonis privatorum disponendi
facultatem aliquam tribuere, certâ ratione non reformi-
damus, verùm ut antea monuimus non simpliciter sed ad
usum Reipublicæ.

lix.

Constat enim, Remp. omnem aut Principatum esse
corpus civile: ideoque facile erit colligere, ad similitudi-
nem corporis physici, in eo etiam nervos requiri quibus
artus continentur, & actiones necessariæ oportunè per-
agantur. Alioquin ut corpus sine partium sympathiæ
auxilio-

in vilioque mutuo se iueri ac consistere non potest: sic
civitas, aut regnum mutuam opem sibi denegantibus ci-
vibus, nec late diu nec vigere poterit, sed brevi labefacta-
ta & corrumpi etiam necesse est.

IX.

Dicunt autem Physici nervos esse prima in corpore
animalis sensus motusque instrumenta, ejusque actio-
nis etiam causas. Bona etiam & pecuniam esse nervos
Reip. profectus Ulpianus *in l. 1. v. 20 ff de quaest.* Et Cicero
quoque veteribus semper Reip. nervos esse dixit *pro leg.*
Manil. Hinc Justinus Imperator, impossibile est, inquit, ut
satis tribuis non illatis, aliaqua Resubl. conseruetur.
Huc tam Menenius Agrippa apud Livium *l. 2. c.* qui
pulcherrimum apologo Romanos docuit, quem dmodum
totum corpus alimentis ventriculo denegatis ad tabem
redigi necesse sit, ita tributis reipublicæ denegatis extre-
mam reipublicæ perniciem impendere.

X.

Qui etiam est socius Civitatis, in quantum est Socius
obligatus est ad communem reipubl. salutem procrean-
dam. Nec quidem consilio tantum vel opera, aut bonis
sed ipsa vita nihilietati sumus reip. Quod Tullius eleganter
l. 2. epist. affirmat, inquit: *Cum omnia ratione animoque
habeantur, omnium societatum nulla est gratior, nulla carior,
quam ea qua cum republica est unicuique nostrum, pro qua quis
habeat dicitur mortem oppetere si ea sit profuturata. Et Thu-
rcydidet ea que bonum civem esse & cum quis partem aliquam
corporis & que possessionis aliquid pro civitate amittere non
dno itat.*

XI.

Omnia itaque Libertas, Virtus, Veritas obstricta sunt reip.
idque proprietate, quia omni Socio civilis societatis pro-

positum est unà cum corpore civili nihil aliud facere, quia
quod pertineat ad felicitatem civilem, eaque de causâ
exigente id communi publicoque bono, cui non possit
aliter commodè subveniri, felicitas civilis jubet contri-
buere quantum postulat & quamdiu id postulat publi-
cum & commune bonum. Ut si non suppetat tantum bo-
norum quantum ad usus civiles pertinet, tum privati de
suis conferant ut toti Reip. consulatur,

XII.

Quicquid enim boni homo civisq; in republica ha-
bet & possidet, quod vivit, quod libere vivit, quod benè,
quod beatè omniumque rerum & bonorum usu & inter-
dum etiâ copiâ ad voluptatem utitur fruitur, totum
hoc beneficium reipublicæ civilique ordini acceptum est
ferendum. Ille facit, ut homo sociatus in civili societate
civiliter vivat suisque gaudeat bonis.

XIII.

Quâ de causâ non tantum necessarium verum etiâ
æquissimum reputatur, ut aliquid ex lucro & compendio
bonorum illorum conferat in commune. Propterea
quod & homo & Res singulorum in republ. conservari
nequeant nisi respublica conservetur. Hæc quippe pro-
spere agens felicitas est maxima: in hac insunt omnia: hæc
salva cuncta servantur, hæc pereunte nihil non pessum-
it. Et hoc est quod Livius l. 26. c. 36. dicit: *Respubl. in-
tutus privatas res facile salvas præstat, publica prodendo sua ne-
quicquam servet.* Adeoque singuli suâ causâ impende-
re videntur, quicquid conferunt in publicum usum Nov,
p. c. 10. §. 2.

XIV.

Hinc itaque tanquam exactissimo fonte omnis Col-
latio tributorum descendit. Et revera vi societatis civilis
omni-

rebuspubl. competere ipsa sacra Scriptura passim
probat. Ipse enim Salvator a Judaeorum praesulibus, de
tributorum, vectigalium aliorumque iurorum kep. ra-
tionem interrogatus, reddite, inquit, quae Caesaris sunt
Caesari & quae Dei Deo. Quem postea Paulus Aposto-
lus locutus Rom. 13. de Magistratus auctoritate multa dis-
seruit, & hanc divinitus institutam probat, cui omnes
obsequere debent. Inter officia autem subditorum
sunt & quae hujus sunt generis comprehendit. *Reddite
quod - inquit, omnibus quod debetis, cui tributum tri-
butum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui
honorem honorem.* Debendi verbo utitur, & tributa et
vectigalia cum timore ac honore conjungit, quae nos
non ex dispensatione aliqua, sed divino jure magistrati-
bus redduntur (quia reddunt inserviendo, dum pugnant
pro patria & agunt iudicia) debere nemo negaverit nisi
quia communi sensu fuerit alienus. D. Lutherus in tract.
Wem dinsthe Obrigkeit regieren soll. pag. 3. tom. 6. Ideoque
tributum debitum solvere qui recusat, nec in conscientia
sua dubitavit. *Molin. de Inst. & Jur. tom. 3. disp. 674.*
Cui dicto simile est Grotianum illud: *tributa ut solvamur
honestum est atque etiam conscientiam obligans l. 1.
de h. & j. c. 2 §. 7.*

XV.

Falluntur ergo hac opinione imbuti, tributa cum
iniuria ab imperatoribus aut Rep. exigi: cum natura iustici-
tiae ac societatis hoc exigat, ut qui est socius societatis
& civitatis, aliquid ad communem usum conferat.

XVI.

Hac enim contributionum publicarum praestanda-
rum obligatio tam necessaria & adeo vetusta est, ut simul
cum Regni & Rebuspubl. emerisse ad hoc, ut tam pacis
quam

quam belli tempore res & personæ civium in tuto essent
historiarum monumenta docent. Hinc 1. Sam. 8. dicitur:
Hoc est jus Regis v. 15. Fruges & vineas vestras decimabis 2. Sam.
8 v. 2 Factus est Moab Davidi serviens sub tributo 3. Sam.
4. v. 6. Salomon constituit Adoniram Filium Adda super
tributa 2. Reg. 15. v. 19. Menachim Rex Israel, ut Phul
Regis Assyriorum hostilitatem à se averteret & regno
potiretur, mille pondo argendi solvit, atque ut hoc pec-
uniæ colligeret tributum indixit ditioribus.

XVII.

Extra sacram Scripturam si ad prophanas historias
nos convertamus, perspicuum est, Cyrum primum Persarum
Regem atque Cambylem nihil tum circa tributa
instituisse, & spontanea tantum munera à subditis oblata
fuisse, donec tandem Darius Hystaspis filius, imperio in
viginti provincias diviso taxaret quid pro tributo qui-
que subditorum penderent.

XIIX.

Hiscæ constitutis & evictis, nemo inficias ibit Magi-
stratum tum propter necessitatem ac æquitatem, tum la-
boris gubernationis ac defensionis ratione tributa & ve-
tigalia vel etiam jure divino deberi.

XIX.

Antequam vero ulterius progredimur, præmitten-
dum non nihil est de vocabulis & contributionis signi-
ficatione. De Etymologiâ enim non multum erimus
solliciti, cum constet hanc vocem originem trahere à Con
& tribuo. Observandum tamen non uno nomine hodie
Contributiones venire. Vocatur enim hodie etiam ex con-
suetudine Collecta, & alio nomine Collatio *l. s. pendentes*
27. ff. de usufruct. appellatur item Indictio *l. vii c. de indict.*
itemque tributum *l. ult. §. Divum 7. ff. de Consibus.*

XX. Erat

Et si solum tributum ut inquit Varro, pecunia populo imponitur, qua tributum à singulis proportionè census exigebatur. Si ut ait Festus tria genera fuerunt unum quodam exortis, alterum quod ex censu collatum erat, tertium quod extra ordinem imperatum, idque temerarium dicitur.

Postquam vero Augustus cum populo provincias partitus est tributum vocari cepit, quod bello victæ provincie populo quotannis vendebant: quod vero Casaris provinciæ ad belli subsidia interebant stipendium est appellatum. Et causa est fortibus ad stipendii tributariaque pecunia stipendiaris impantur l. 3 ff. de impens. in res d. l. 48. §. qui compensationem ff. de jur. psc. §. per traditionem.

Quoniam vero plura de variis contributionum fuerunt addi possent, interim tamen quoniam exactam hanciam praesentem tradere insistenti ratione, vix non permittit, hoc labore supersedentes tantum indicamus, contributionis vocabulum in latinâ significatione, pro omni collatione quæ necessitatis & utilitatis publicæ causa instituitur hæc à nobis accipi.

Jam vero quoniam ex iis quæ supra dicta sunt facis de variis postulantibus contributionum constat, cumque ab anno Caroli M. seu reviviscentis aquilæ in Imperio Romano Germanico, ad profligandum externum hostem, & stabilendam in teitiam potentiam pacis quæ belli tempore, subditæ Imperii oneri collectionem obnoxios fuisse. Hic tunc cessavit de exactis, c. 2. n. tunc proximus

jam fuerit non nihil intimius in contributionum natura
omnem inquirere.

XXIV.

Quandoquidem vero ut naturalium ita & civilium
rerum quarumcunque quatuor sunt causarum genera,
facile apparet totidem & circa contributiones reperiri. Ho-
rumque accuratâ cognitione plenam tributorum noti-
tiam absolvi. Ideoque nos etiam hoc observabimus,
facto statim initio de causa efficiente sive de eo ad quem
jus contributiones vel collectas imponendi pertineat.

XXV.

Videtur autem hanc quæstionem omni dubio care-
re. In universo enim terrarum orbe & hodie & ab omni-
bus seculis creditum est, jus tributorum indicendorum
esse partem *vel xviis* sive summæ potestatis in qualibet
Republ. Hinc rectè jus vectigalia ac tributa imperandi
pertinde Majestatis proprium esse ut legem ipsam, ait Bo-
dinus *d. Rep. l. 1. c. 8.* Ideoque tributa tam imprimis ab
eo qui Regalia & sublimem jurisdictionem vulgò dicitur habere
Lands Obrigkeit hat ita ab omni Majestate in quacunque
Rep. rectè exiguntur.

XXVI.

Ex quo igitur contributiones à jure superioritatis
& Regalium dependere ostendimus, quin nisi aliud obstat
Imperator eisdem indicare possit, extra controversiam
est. Imperator quippe fons & origo est inde velut per ri-
vulos & canales diffuit & promanat quicquid est utriusque
jurisdictionis Klock *de contrib. c. 4. n. 2.* eique tota Majestatis
jura proprie competunt.

XXVII.

Hodie verò duobus veluti frenis ac retinaculis, Ca-
pitulatione scilicet & juramento fidelitatis quod præ-
standum

Quodam Imperio, sicutur Imperatorum Germanorum
potestas, atque ut pragmatica legum sanctio ita contri-
butionum extraordinariorum ad usus publicos pertinen-
tium inditio, cum simultaneo Imperatoris Majesta-
tis, siquidemque Imperii consensu fieri consuevit, & in
Imperatorum electione capitulationibus caveri solet ne
absque Imperii consensu, urgente etiam necessitate, liceat
nova imponere tributa, Klock. c. 4. de contrib. n. 23. Borchol-
denus ubi supra.

XXIIX.

Quamvis vero non diffitemur restrictione illa Mo-
narchica Imperatorum dignitati aliquid derogari, tamen
cum Bogino non tunc est eliciendum penes solos Impe-
rii, siquis esse potestatem indicendi belli, concedendi le-
gis & exigendi tributa.

XXIX.

Quamvis ergo olim potestas instituendi vestigalia &
tributa indicendi in Imperio Romano solus Imperatoris
fuit, l. 1. ff. de publ. l. 2. l. 1. tamen illimitatam potestatem
nulla penes Germaniam atque adeo nec in Italia Longo-
bardis Regibus illis concesserunt: & certum est Francorum
Reges nihil horum quae ad summam regendae Reipubl.
potestatem pertinebant absque Ordinum consensu po-
tuisse, Boich. de se. 10 n. 7.

XXX.

Et quidem nec naturale vel divinum jus vel Regibus
omnibus aut Imperatoribus infinitam Monarchicam po-
testatem concedit vel attribuit. Amplissimus Dn.
Puffendorf ubi supra. sive de vest. §. 19. Iniquum enim vide-
tur ex idem Regi quod Deo in homines licere diceretur.
Deus namque libere nulla lege nulloque addicto tempe-
ramento

ramento in nos omnes regnat, cuius voluntas semper
iustissima est & imperium æquissimum.

XXXI.

Nec Pontificem Romanum ipsum, cui immensa à Ca-
nonistis tribuitur potentia, de absolutâ potestate ardua
sine Cardinalibus explicare posse; ejusque acta gesta in-
gravioribus negotiis, semotis Cardinalibus rata non ha-
beri, ex historiis constat.

XXXII.

Quemadmodum ergo non sine justâ & urgentissimâ
causâ capitulatione ita provisum Imperio est, ita nec
sine maturo consilio idem in Hispaniâ, Angliâ, Po-
loniâ, Sueciâ aliisque regnâ observari docet Ampliss.
Dominus Præses in *diffut. de rell. §. 14.* & Klock. *de enr.*
c. 4. Interveniente enim populi voluntate & assensu
crefcit robur & potentia Regum, & major est ipsorum
autoritas, & feliciores sunt progressus, auctore *Comineo. l. 5.*
Aliquo sane respectu consiliorum adhibitionem jus ma-
jestatis non imminuere sed felicitatem Imperii promove-
re, Imperatores rescripserunt, in *l. human. C. de legibus.*

XXXIII.

Et sane morem hunc, ne scilicet in consultis aut invi-
tis ijs quorum interest tributa Rex imperet omnino exilli-
mo sanctissimæ æquitatis plenissimum. Ideoque tutissi-
mum in populo imprimis libero est, ut Principes convoca-
tis proceribus in publicis comitiis causam pecuniariam
proponat, discutiat, & concordibus suffragiis & acceden-
te subditorum consensu rei pecuniariæ expediendæ in-
cumbat. Hac sanè ratione omnem sinistra opinionis suspi-
cionem ac reprehensionem effugiunt, populi animos de-
linunt & amore subditorum tanquam firmissimo omni-
mento

minore facili contra quoscunque hostium insultus securi-
o et sic possint.

XXXIV.

Dem vero Imperatori & huic dignitate proxima
Regibus suis tributorum conferimus, Electores ac Prin-
cipes ceteros Comites ac Barones vel ceteros Imperij
Statuum non excludimus. De Electoribus enim quod de
Lyvorian Rege Cælo Justinus scribit, si non regiam regie
tamem dignitati proximam egisse vitam, non inepte posse
dici existimo. Aequiparantur enim quoad dignitatem Re-
gibus, unde Regibus scribunt vulgo quidem Königl. wü de/
se Reges. Indicat eorum dignitatem etiam, quod Cæsar
Electores in Comitibus (si ipse compareat) solum non
Principes visitatum est. Item quod Legati ipsorum Lega-
ti aliarum Rerump. proponantur *capit Leopoldi §. 5.*

XXXV.

Quomodo autem Electorum collegium cœperit, &
ad quæ vires ac tempora ejus origo sit referenda valde
adviguum. Sunt enim qui doceant, Electoratum sub Oc-
tone III. auspicio Gregorij III. fuisse institutum quod et-
iam Statim vult. Hoc vero falsum & veritati non con-
sentaneum esse demonstrat Onuphrius Panvinus *in libro*
quædam Anstall. Dn. Præses aureum in notis ad Lamp. part.
3. c. 4. num. 101. de Comitibus Imperatoris, & argumenta Pan-
vinii tam ponderis sunt ut Baronius horum vi adductus,
non dubitavit hujus sententiæ accedere.

XXXVI.

Nactentur enim nemo producere potest aliquam con-
ditionem Octoni III. vel Gregorij qua institutus
Friedricus Blentis quippe Electoratus demum facta
sit. 13. juxta Baronium ad annum Chr. 996. & quidem

primùm à Martino Polono. Imò si sub Ottone III institutum esset Electoratus, tum omnes Imperatores post Ottonelem electi fuissent ab Electoribus, quod Otto Fisingensis aliter demonstrat dum Reges ab omnibus Proceribus electos fuisse narrat.

XXXVII.

Ideoque cum omnes jam qui in Historiis antiquis sunt versati, inque iis ipsa etiam illa Cardinalium ordinis lumina Baronius ac Bellarminus, ut etiam Amplissimus & Doctissimus Dn. Præses, Originem electionis Septemviralis demum in seculum tertium decimum referant, idque prolixè demonstraverint: merito cum Dn. Lampadio, Aventini, Flacii, Illyrici, Heigii, Goldasti, Arnisæi (quos inter hic nominatim laudari meretur Lehmannus) sententiis idem asserentibus facile accedo.

XXXVIII.

Suppono igitur ex Politicis, juris publici maximam partem esse juris non scripti. Idem observare licet in Imperio nostro, ubi sensim per consuetudinem multa introducta sunt, quorum originem inquirere se me impossibile videri possit. Qua ergo ratione introductus Electoratus & sensim creverit, operosius differe cum instituti ratio non permittat, breviter tantum addo, quæ hæcenus consuetudinis fuerunt, auctoritate Caroli IV transiisse in leges scriptas, quæ habentur in A. B. Et vero per eam quicquid juris habent Electores usurpant.

XXXIX.

Potestas itaque Electorum in genere est à tacito reliquorum Ordinum vel statuum consensu. Crevit illa sensim & sine sensu, donec ad fastigium summum pervenerit. Vocantur enim Electores pars corporis Imperatoris *in capite*. Ferd. 2. de anno 1619. in quibus decor & gloria S. Sancti Rom.

Ita Imperio & honore Cæsarius & Reip. grata com-
pensata concordia voluntate sortitur III p. quorum præ-
dictis deus Imperatoris suboritur. In capitulatione Leopold.
9. 11. appellatur die ungerica *Wieder und Haupt* Scien-
tia Austria.

XL.

His proximè secundum Episcopi, Duces & ceteri
Principes Germaniæ, qui etiam in suis territoriis consen-
sente populoque collectandi sibi rectè vendicant Com-
munis namque Publicistarum sententia est, que emittet
Principes in territorio suo tantum posse quantum Im-
peratorem in universo Imperio. Nam in ditionibus
suis prope regni potestatem trahunt, ac proinde Germa-
nicos Principes uti non omnino, ex parte tamen, atque
ad hoc paria & imperfecta regna esse, ex doctissimo Domi-
ni præsidio ostendit numero accipi.

XLI.

Quævis verò olim potestas Principum ad nutum
Imperatoris revocabilis, atque jam inde ab illis temporibus,
quibus Carolus Magnus quadamtenus dispersa &
congesta Imperii Occidentis membra tanquam naufragæ
res variatæ magnâ virtute & ardore in unum corpus
congregavit, in Imperio Romano Principes & Duces
sunt non nudum nudumque exercitium Jurisdictionis
nomine Reges habentes, provinciarum, civitatum, di-
tuum, regnum non perpetuo sed sicut ad tempus
græcè fuerunt, tamen non multo post Octavum tem-
poris sensim decrevit Regia potestas, permagnis cum
amplic potestate Ducibus creatis maxime ubi illis, dum
ad potestatem hereditariam quasi jure antehac commissum
sibi magnificentiam conferre, committitque qui ferme erant
vincendi in unum contrahere. Inde enim quasi varia
regna

regna in regno condita, & in partes plures vix leviter mutuo connexas vasta illa Imperii moles tranſiit; teſtante Ampliſſimo Domino Præſide *in not. ad Lampadium.*

XL.

Eo itaque excrevit & hodie progreſſa eſt potentia Principum, ut dignitates & imperia non minùs propria ſibi vendicent ac ſi Reges eſſent. Quapropter nemo eſt qui non hoc in ore habeat: quemvis Principem in ſuo territorio poſſe quod Imperator in univerſo Imperio. Noſtri aulico-politici ita reddere ſolent *ein ſeder Kaiſer in ſeinem Lande.* Hoc ſi ita eſt facile de Principum poteſtate in tributis imponendis conſtare poterit. Ideoque viam ad quam ipſe ordo nos perducit ſequemur, & quæ ſit Comitum conditio, quæve ipſis poteſtas ac jura competant, breviter exponemus.

XLIII.

Comites vero olim non in eodem quo nunc dignitatis gradu conſtituti erant. Nam ſiut prima quaſi incubula inſpiciamus) quo tempore Romani adhuc magnum ſuum Imperium veſtere Germania quoque in plures reſpubl. parvas quidem, ſed tamen liberaſ, diſiſa fuit, & qui non opus fuit ut multi magiſtratus conſtituerentur, non alios habuerunt quam qui præſiderunt judicijs. Tacitus etiam nullos alios agnoſcit quam qui jura per pagos & vicos dixerunt. Pagus vero tunc temporis denotavit magnum aliquem diſtrictum quem hodie nominamus *ein Dorff*; vicus autem fuit *ein Hülſen*.

XLIIII.

Nullæ quippe urbes tum temporis in tota Germania fuere, ideoque conſtat hos Principes tantum præfulſiſſe provinciis: hi vero tantam poteſtatem habuerunt judicando, & hæcenus tantum præfulſerunt. Scabinorum jura dixerunt.

rum. Hi autem principes sunt nostri Gräviones, & quidem cum his in comparatum fuit quemadmodum in Polonia cum Starobis, cum quorum vita Starostia definit. Arzmen quod Tacitus de Regibus inquit: Magna Patrum moerita liberis consiliare regiam dignitatem: Comitibus nostris etiam convenit, quia in Germaniâ filius non degener Patri succedebat. Ideoque factum ut Magistratus paulatim fierent hæreditarii. Tandemq; hi Magistratus in regionibus suis Regiam sibi potentiam struere inceperunt.

XLV.

Hæc verò in parte Francorum Reges Aristotelis monitum non observarunt: multum interesse an imperia sint magna & simul diuturna *l. s. Pol.* Cum enim inter eos conlulissent Majores domus, qui erant quasi Proreges, & suscepissent esse quasi hæreditarii, Reges in omnium prolepti vitam Proregibus occupandi Regni dederunt. Et ad hunc modum res publ. Francia sub familia Merovingica in administrata. Postquam vero Carolus Magnus voluit cavere ne ad similem dignitatem alii pervenirent, ideoque ad breve tantum tempus præsides provinciarum creare, & magnos Ducatus qui supererant destruere conatus fuit.

XLVI.

Verùm non pari prudentiâ Caroli M. successores vestigiis illis insisterunt. Ideoque Comites simul cum Principibus ad hanc qua nunc pollent dignitatem pervenere. Hæc & ad hos, idem quod de Principibus supra dictum, facile extenditur; nempe illi in suis ditionibus ac territoriis habentur loco Principum, & in iisdem omnia possunt quæ Imperator potest per univèrsum Imperium. Imò Comites nihil ferè differunt ab Imperatore nisi

ambitu minoris circuli: sicut scapha differt à navi. Casp.
Klock, de Contrib. c. 4. n. 251.

XLVII.

Comitum vero dignitatem proximè attingunt Barones, & pares in plerisque apud Germanos censentur. De horum vero origine & nominis derivatione multa differere hac vice supersedeo; sed, ut multa paucis complectar, concludo: Barones qui immediate Imperio subunt, & cum Baronali ac regali dignitate, territorialique superioritate sunt investiti, in toto Baronatu quo ad personas & causas eandem quoque quam Principes & Comites in Principatibus & Comitatus vim obtinere.

XLIX.

Et si vero Principibus inferioribus maxima omnium Majestatis jura non communicentur, quia ossibus & personæ Imperatoris ita inhaerere dicuntur ut ab eo separari sine illius destructione non possint: Tamen cum jus collectandi ac tributa imponendi inter minora non verò maxima & merè regalia referatur; illud Ducibus Marchionibus, Comitibus & aliis cum regali dignitate perpetuo investitis, competere quadamtenus omni dubio caret.

XLIX.

Verum enimvero sunt nonnulli, qui liberis ac Imperialibus Germaniæ civitatibus inhabilitatem Regalia possidendi objicere non reformidant: eo quod exceptæ Romæ novæ & Veteri nulla civitas dignitatis gradum annumeratur l. 3. §. quod si alterutrum C. de nar. lib. Imo quod nullus nisi qui dignitatem Regalem Principatus Marchionatus vel Comitatus per investituram aut aliam specialem concessionem acquisiverit, Regalia vel in universum vel in particulari sibi arrogare queat.

L. Sed

Sed prius quàm ad hæc respondeamus observandum : triplicem nimirum rationem urbium fuisse. Aliæ fuerunt maximæ, aliæ mediocres, aliæ minimæ. Maximæ urbes sub Romanis suam propriam jurisdictionem & regionem habuerunt. Mediocres etiam quidem hæc habuerunt, sed non in eadem autoritate vel eodem modo. In Minimis iurisdiclio fuit penes Proconsulem aut Praefectum provinciarum. Ad hunc modum ferme, si statum præsentem Imperii Romano Germanici intueamur, triplicem urbium conditionem etiam hic deprehendemus.

LI.

Omnes eorum quidem urbes quæ sunt intra limites Imperii sunt quodammodo Imperiales, non tamen omnes eo nomine audiunt. Aliæ nempe sunt membra Imperii mediate, aliæ immediate. Mediate sunt quæ Imperatorum beneficio Principibus, retento iure superioritatis, commendatae sunt, & licet pareant legibus Imperii, tamen in conciliis provincialibus solum comparent, & dicuntur Provinciales. Municipales Land oder Fürsten Städte. Quæ autem immediate Imperio subsunt jus suffragii in conciliis Imperii habent & dicuntur liberae Imperii civitates sive Keiserliche Reichs Städte.

LII.

Priores has vero teste Myns. resp. 13. n. 10. dec. 2. & Cap. Dist. 1. n. 1 de censibus. sunt quædam civitates quæ in totum subsunt Principibus. Facile verò apparet, non ante hoc discrimen urbium hic fuisse, nisi donec in unum Regnum crevit Germania condescere. Hoc verò factum sub Francis. Ideoque tales urbes in antiquis nominibus non Imperiales sed regales dictæ: nec legere est ullam urbium parvule nisi Regi. Iurant quidem illis

Urbibus quidem & sui Comites sed tantum iudiciis præfecti, nec illius hereditarium aliquod habuerunt.

LIII.

In Cisterhenana Germania nullæ quondam fuisse urbes sed tantum magni vici: illi etiam plerumque proxime sub Regibus fuerunt. Cum autem seculo nono in Germaniâ Ducatus ac Comitatus hæreditarii facti, hac occasione Urbes quæ nullum agnoverant superiorem nisi solum Regem, bona ex parte cœperunt parere Ducibus, aut Comitibus suis. Crediturâ quam multis quod seculo eodem etiam Episcopis datum fuerit jus supremum in illas urbes in quibus sedes habuerunt. Nondum id verò probatum esse, in publica lectione Ampl. Dn. Præses existimabat. Ex eo itaque tempore decrevit numerus Urbium Imperialium crescente numero Provincialium. Posteaquam vero visum fuit Friderico Barbarossæ Duces Bavariz & Saxoniz nimis excrevisse, omnem potentiam illis subducere conatus fuit, adeoque omnes urbes illorum Ducatum, quæ alicujus erant potentiz Imperio subiecit. Et hac ratione libera urbs Imperii facta fuit Lubeca, Ratisbona, Bardowicum, quæ tamen civitas ab Henrico Leone postea destructa est.

LIV.

Mansit tamen etiam sic magnus numerus Imperialium urbium. Seculo autem Decimo tertio nonnullæ urbes quæ erant Imperiales cœperunt oppignorari Principibus. Ita Neo magus fuit oppignorata Comitibus Geldriz, & hodie est urbs provincialis Geldriz. Nonnullæ oppignoratæ semetipsas liberarunt. Eodem autem seculo extincta fuit familia Ducum Sveziz, quæ per bonam quorundam Franconiz partem potentiam distulerat. Placuit tum communi consilio patrimonium Ducum Sveziz vindicari Imperio.

perio. Hæc itaque penè omnes urbes Sueviæ factæ sunt
imperiales. Sunt autem multe viribus exiguæ: quare non-
nulla creaverunt sibi Defensores quipostea facti sunt do-
miti.

L.V.

Constat itaque, hodiè alias urbes citra controversiam
Imperiales esse: aliis in exercitio libertatis quidem esse,
moveri tamen ipsi controversias à Principibus cum aliis
iuris & ab Episcopis. Porro nonnullas reapte sub aliorum
dominio esse. Prioris itaque generis civitates (ut tandem
quæ volumus perueniamus) ut mediate sub Imperio con-
sistunt, ac jurisdictionem perpetuam & statum in Imperio
talem, in suo districtu non minus ac Principes Duces vel
Comites in suis Principatibus, Ducatibus & Comitatibus,
superioritatem, iura Principis ac Regalia habent, & ge-
neris à Principis definitione continentur. Quod multo-
rum testimonium præbat etiam Casp. Klock *de Contr. c. 3. n. 9.*
Ideoque etiam de hisce liberis Germaniæ civitatibus scri-
psit Gulstadius *l. 7. hist. c. 2.* recognoscere eas quidem
ex his de definitis penultimis quibusdam autoritatem
Imperii, exterum ipsas ferè de moribus & magistratibus
suis gubernari: necque tam studere territorio ampliando,
quam libertati suæ conservandæ. Ac hodiè nonnullas ea-
rum in tantum crevisse potentiam ut cum quibusdam Ger-
manicis Principibus contendere valeant, scribit autor *The-
saur. polit. in relat. d. aula & Regno Imperatoris Romani.*

L.VI.

Hic itaque præmissis, negamus Regalia, quorum su-
pra mentionem fecimus ejus efficacia esse ut propterea
civitates in suo districtu Regalibus defraudari possint.
Nam quod jure Romano omnes civitates quamvis im-
pugnè exceptâ Romæ privatorum loco haberi dicuntur,
illud de oppidis merè municipalibus & Imperio me-
diatè

diatè per Principes subjectis Landes Fürstlichen Städten
nequam vero de civitatibus immediatè Imperio subje-
ctis hodie quidem accipiendum est. Casp. Klock. *c. s. de*
contrib. Si enim habens districtum vel jurisdictionem, teste
Baldo, publica persona dicitur, rectè etiam hæc civitates
pro publicis personis æstimandæ sunt.

LVII.

Nec verò impedimentum affert, quod civitates Im-
periales dignitatem Regalem nullius Ducatus; imo nec
autujus Baronatus habent. Nam ex hoc habitu non ne-
cessariò incapacitas possidendi Regalia infertur. Ut tufius
ostendit Casp. Klock. *de Cont. n. 44. c. 5.* & quin civitas
superiorem agnoscens æque ac Princeps, Comes, Rega-
lia obtineat nihil impedit. Ideoq; ex hisce sequitur, ejus-
modi liberæ civitates postulante necessitate suis civibus
contributiones darias, collectas, *Schoß / Steuer / Meis-
geld / Marktgeld* indicere & ab iisdem colligere posse.

LVIII.

Hæc cum ita se habeant ad causam materialem
proximè accedentes, magnâ circumspèctione opus
esse putamus, ut rebus ac personis convenientibus con-
tributiones justè ac rectè imponantur. Si enim pecu-
nia, teste Livio, quasi anima plebis est, nihilque populo a-
deo dolet quàm si debeat partem bonorum contribuere
publico, prudentis Politici erit videre, ut omnia contri-
butionum genera ita rebus ac personis accommo-
dentur, ne sentiat populus multùm sibi detrahi. Si portò
non prospicias civibus, ut habeant unde contribuere pos-
sint, malè Reip. consulis.

LIX.

Hoc in genere autem nullos prudentiores Bozavis
& Italis esse Amplill. Dominus Præles in publica le-
ctione

Aliter exhibebatur. Idemque qui hac in parte Reip. felicitate contentio desiderat alii cunctis dum fore has artes ab aliis & partim in Baranis discere docet idem *in disp. de*
lib. 2. c. 2. p. 2. Baranis etiam Cass. Blockio teste nulli Italici &
Barani in cunctis artibus inventionis praevalent.

LX.

Juribus sicuti contributiones in tributa & annonas distinguunt. Sequuntur ita, ut annona in speciebus consistat, ut in frumento, vino, oleo, pane carne, sale &c. Tributa vero in corporalibus, veluti fundis, auro, argento, equis. De prima distinctionis parte ut incipiamus, consuetudines tributorum quod rebus ad vicium pertinentibus imponitur, maxime odiosum plebi & grave esse. Prudenter iteo cenet Hippolyt. a Collibus *d. incrim. urb. c. 20.* Principi suadet cavendum esse, ne his rebus tributa imponantur quibus pauperes vitam necessario sustinent & quibus curare nequeant.

LXI.

Itaque si eiusmodi res necessarias ab exteris recipiant subdit, ea vel pro temporum injuria omnino non, vel saltem modicè vectigalibus oneranda sunt, Quae propter eas omne id quod quis usu proprii causa emittebat ab omni gabella immune olim constitutum est *l. 5. c. d. 20. d. de commiff.* Hinc quoque Veneti in bello antehac contra Belgas gestis portorum, vini panis, & ceteris augmenta respicere, praedicantur. Hinc sane pro hoc tanto quod ad molendum deferretur vectigal non esse praestandum, cum ea quae nostra sunt iterum onere non debeamus, cenet Arnizaeus *l. 3. d. jure*
de off. d. 1.

LXII.

Nihil tamen prohibet, si urgeat Reip. necessitas,
(quae

(quæ iustum facit quicquid in bonum publicum vergit) nec cives paupertate laborent, etiam hisce vestigal aliquod imponere. Et imprimis notandum, si quibusdam forte quæ ad victum pertinent, divites frequentius quam pauperes utantur, ut e. g. vino, hæc vestigalibus accipiendis magis apta esse. Honestissimum vero putandum vestigal, quod iis imponitur rebus quæ ad luxum, delicias pompamve spectant, & mores corrumpunt. Et verò illa collatio gratissima Deo, pulcherrima civitati, Magistratui honestissima, plebi utilissima est. Quippe cum illâ divites onerentur pauperes verò subleventur, inopibus consulatur & luxui hominum potentium modus statuatur. Quare etiam leges Romanæ aromata & ejus generis merces vix necessarias usui humano vestigales esse jubent. Optimo itaque jure vestigal in herbam illam quam tabacum appellamus statuitur; nec credo temere quenquam improbatum, si Princeps vestigal statuatur in ebrios, & ebriosis vinum vel cerevisiam vendentibus. Et quis non Neapolitanum illud institutum omni laude dignum censeat, quod singulæ cartæ lusoriæ quæ Neapoli in Hispaniam vehuntur non levi vestigali sint onerata. Vestigal serici annuos aureos centum mille ibi referre scribit Aut. *Thef. pol.*

LXIII.

Porro etiam illa tributa probanda maximè sunt, quæ peregrinos magis quam domesticos afficiunt. Hoc autem obtineri putat Bach. si præcipua tributa eis mercibus imponantur quæ evehuntur. Sic enim non tam onerari venditores quam illos quibus venditur: dum quicquid illis imponitur, hoc ipsi ab illis carius vendendo extorquent. Sic sanè Judaicæ gentis opes ex opobalsami vestigali creverunt. Sequitur hinc porro, tributa maximè exigent-

exigentia esse eorum rerum nomine, quas à nobis solis nec
aliumque petere possunt nec obtinere, quarumq; pe-
tus nostram Reip. quoddam quasi ut ita dixerim mono-
polum est.

LXIV.

Interim tamen tributa aut vestigalia sint ita tempe-
rande, ut exteri (quod cum Reip. detrimento conjunctum)
à commercio arceantur. Cujus exemplum in Rep. Po-
lonia observat Amplif. Dominus Præses *in disp. de
indiv. p. 29.* Cum enim ante aliquot annos frumentum
quod in Danuiscanos & Pillavianos portus venerat Rex
Polonia majori vestigali onerare decrevisset, Batavi in-
verbo Danuiscanorum commerciis idem ex Moscoviâ pe-
tere illuciverunt. Rectius ergo Plato portoria ex sua Rep.
subulit, ut imperatores ad rerum copiam invehendam alli-
cerentur. *De legibus.* Quia enim:

*Illic segetes illic ventura felinus uva,
arbori ferus alibi, atq; injussa virescunt
Gramina.*

Hæc omnia ita (ut Senecæ verbis utar) in regiones descri-
pta sunt, ut necessarium mortalibus esset inter ipsos com-
mercium si invicem alius ab alio quid peteret. Tantum
ergo abest ut ejusmodi bona quæ tanquam peculiare do-
num a clementi cælo populo donata gravioribus tribu-
tis sint oneranda, ut potius opera danda quo iuvinutâ
vestigalium gravitate commercii ratio quam maximè ha-
beat, qui hæc ratione & ab iis qui exportant solent
multum veluti quo ipso crescunt divitiæ civium. Quæ de-
inde parvissima egestatis publicæ subsidia esse possunt.

LXV.

Civitatibus porro utilissimum censet Bodinus & à
publico præceptum, inquit Besoldus ut augeatur vesti-
gal Fabrilium, Lanificiorum, Sericeorum, ac omnium opi-
fici-

fiorum quæ aliunde advchuntur, ut cives ipsi eadem facere condiscant. Hac enim lucri spe exotici opifices in escartum nostram urbem facile pertrahentur: quorum certè beneficio urbes deinde populosiores & ditiores evadunt. Nam secundùm præfationem Boteri *de illust. stat. c. 10. & 11. Cui multus est populus is omnibus quoque abundat, quæ humana industria & intelligentia complectitur*; subditorum quippe multitudinem magna etiam opum possessio comitatur. Cujus rei præter Genevensium civitatem multæ aliæ testes sunt, quæ nunquam tantis rerum copiis ditatæ conspicerentur, nisi peregrinis & imprimis ob religionem ejectis hospitium & receptaculum præbuissent. Optimè igitur Plinius Secundus *l. 7. ep. 32. inquit. Cupio patriam nostram omnibus quidem rebus augeri maxime tamen civium numero*. Id enim oppidis firmissimum munimentum, & quantum emolumentum ex civium & subditorum multitudine percipere possunt Resp. politicè non minus quam politicè tradit Herm. Latherus. *l. 3. c. 3. de censu.*

LXVI.

Vnde etiam juxta Bodinum minimè est ferendum, materiam rudem è civitate exportari, sed opifices eam prius tractate commode debent. Cives enim ex rudi materia in officia conformata longè ampliorem consequuntur fructum, quàm si materiam venalem obtulissent. Si quidem quæ duce arte inveniuntur majoris solent esse pretii & valoris quàm quæ natura peperit. Vbi ergo manufactura & artificum abundantia, ibi propter publicas opes tributa levia & vix ullo onere conjuncta erunt.

LXVII.

Si autem juxta Ciceronem *l. 1. off. rebus modum quendam adhibentes & ordinem, honestatem & decus conservabi-*

ferabilimus. maxime Princeps, ut in omni re, ita imprimis
 hac in parte honesti ac decori rationem habere debet,
 utque caveat ne sordidâ tributorum indictione in scœ-
 dâssimam turpitudinis notam incurrat & ex minutis ac
 turpibus rebus quædam faciens regali hoc jure injuste abu-
 tatur. Indignum quippe tanto culmine facinus, lucrum
 ex umbrâ causâ adorari, & quod vetus verbum à statuis fa-
 cinam capere. Quare tyrannica & propè furialis judi-
 cata est illius Imperatoris: qui rogatus ne nova vesti-
 galia imponeret vel augetet, respondit: Non tantum terræ
 sed etiam æri & vento imponerem vestigal. Cujus fa-
 cinæ homines etiam fuerunt qui umbram Platoni precio
 addiderunt & quod mireris ærem tributo allegarunt *Plin.*
l. 17. Nec minorem execrationem meretur χρυσόπυργον
 id est aurum argenti pulchro nomine scœdâssimum à Zoimo
 id est opprimendum Christianos inventum & desumptum
 ex his qui mendicatâ stipe vitam tolerabant, ex lupa-
 nariorum & prostibularum mercedibus. Nec absimilem
 scœdâssimam extorquet exactio, quam Nicol. Boer. *decif. 383.*
 adducit, quâ aliquot millia aureorum quotannis exige-
 batur ab illis qui ductis, uxoribus biduo aut triduo post
 benedictionem nuptiarum abstinere nova costâ nollent.
 Ac merito culpatur Margaretha illa Daniæ & Nor-
 wegicæ Regina; quæ ultra gravia alia tributa quæ singulis
 septimanis & mensibus extorquebantur, marcâ unam
 Stockholmiensem à quolibet conjugio exegit *C. Klock.*
l. 1. d. 2502. n. 328. *Besold. disc. pol. d. et. c. 4. §. 17. n. 1.*
 Sic pro singulis regulis, pro fumo, pro nive vendita, pro
 fenestris & pro vitis tributum acceptum refert *C. Klock*
d. 2502. c. 2. n. 322. Omnium verò scœdâssimum est tribu-
 tum, quod ex urinâ teste Suetonio Vespasianus imperave-
 rit. Cum quo pari passu ambulat tributum illud quod ab iis

qui artes meretricias profitentur exigi Romæ consuevit à Papa. Pariter ut olim Caligula ex captivis prostitutarum vectigal instituit. & postea Helioabulus lenonum vectigal & meretricum ac exoletorum exigebat. Vid. Amplif. Dn. Præsidem *in dispnt. d. veët. §. 33.* & Besold. *d. 27. c. 4. §. 17. c. 2.*

LXVIII.

Possent alia adferri, sed obscenitate deterriti, non vulturum & corvorum more qui Arabiam prætervolantes posthabitis balsamis & adoratis silvis, ad cadavera devolant, tam putidis rebus diutius immorandum censemus; sed potius hinc rejectis quomodo ex parte causæ formalis contributiones recte sint instituendæ considerabimus. Forma itaq; in eo occupari videtur, ut juxta cujusque facultates *Causin.* sine injuria, sine vi & tumultu Boxh. *l. 1. c. 10.* secundum æquitatis normam, ductâ ad bona civium proportionem exigatur.

LXIX.

In tributis profecto æqualitatis maxima est habenda ratio. Quæ in eo potissimum versatur, ut paria onera sentiant, quorum pares in diversis licet rebus sitæ sunt opes. Istæ namque contributiones æquiori animo feruntur, à quibus nemo est immunis Tholos. *lib. 3. de Rep.* Justum quippe & æquum est, neminem neque privatum hominem neque populum immunem esse cum ad omnes ex æquo redeat utilitas eorum quæ in sumuntur *Dun. lib. 52.* Alia nemo credit id se publico impendere quod non alter solvit qui in eadem est Rep. Non enim sine injuriâ tantum exigenda sunt tributa, sed ita ut proportio sit inter illos qui inæquales opibus, & ut omnes tributo subjaceant. Cum enim quidam in agris, quidam merca-

tura

utro vel alio viæ genere occupentur, non mercatoribus
tantum nec agricolis tantum, sed pariter omnibus onus
est imponendum. ubi communis utilitas ibi merito æqua
mensura esse debet: & ne is, qui plurimum de com-
muni beneficiis vel seip. participat omnitributorum in-
iuniam gaudeat, iustum videretur.

LXX.

Omnem verò circa tributa iniquitatem evitari si
omnes ex æquo censeantur, & ex censu contributo æ-
qualiter fiat, pro ratione, proportione & quantitate bo-
norum quæ ubique possidet, putat Arnisaus. Et Cicero
ad fratrem Siliæ pro consulem scribens, illud in eo impri-
mè laudat, quod effecerit ut tributa ab omnibus tolera-
rentur æqualiter. Civilia quippe munera per ordinem
pro modo fortunarum sunt sustinenda *lex C. de muneribus*
privat. l. 1. Hic patet Praeses provinciam ultra modum sum-
ptuam, servatis alijs aliquem gravari, sed æqualitatem,
tam juris quam censuræ memor, circa ordinem custodiet.
Lex C. de muneribus l. 10. Nov. 43. c. 1. v.
æquum. Et Thouart. *de collect. in princ.* monet, quod inter
omnes subditos a summo ad infimum æqualiter collecta
sunt illa munera & quod in ea servari debeat exactè æqua-
litas. At ab omnibus subditis pro modo fortunarum hæc
onera æqualiter sunt subeunda, quò facilis ex ipâ æ-
quitate publicis officiis pareatur. Et quoniam hic agi-
tur de publicæ utilitate æqua debet esse inspectio idem
de muneribus l. 1. ut omnes pro modo prædiorum pecuniam
tributi conferant. Hic etiam *n. 9.* probat, ad illum fi-
nem & effectum constitui per æquatores ut pro viribus
partium omnium uniuscuiusque hæc onera omnes agnoscere
possint *de muneribus l. 11.* ut per æquatis inquit bo-
ni æqualitate iudicio procedat *l. 1. C. de Apost. pub. lib. 10.*

& quasi admensurentur, ut qui majores percipiunt fru-
ctus, majore onere graventur.

LXXI

Collecta enim in universalis æstimo totius regionis im-
ponenda per æs & libram omnibus & singulis Barthol. *in*
l. n. c. de apoch. publ. ut qui plus habet plus, qui minus e-
tiam minus; ut unius defectus per alterius habentis sup-
pleatur *l. s. c. de omni agro.* Hoc genus collectarum capi-
tatione aliisque impositionibus merè personalibus æ-
quius judicat Bornitius *lib. 5. d. ar. c. n. & 2.* & doctissimus
Dominus Præses nullum tributorum colligendorum mo-
dum hoc conducibiliorem statuit, ubi scilicet æqualiter
per æs & libram pro bonorum & obventionum ratâ, pro
viribus singulorum tributa imponuntur ac distribuuntur,

LXXII.

Æstimum vero per æs & libram hoc ordine & forma
est considerandum, ut omnia bona tam mobilia quam im-
mobilia registrentur ac collectentur. Rovenstrunck *im*
rechtl. Bedenken von Anlagen Contribut. num 29.
Et quidem secundum Dn. Rovenstrunckii opinionem, pri-
mo loco prædia rustica juxta eorum redditus & fructus
sunt censenda. Post hæc prædia urbana juxta pen-
siones quæ percipiuntur ex domibus locatis, Tertio bo-
na mobilia è quibus redditus aliqui percipiuntur. Porro sa-
linæ censeri, Postea mercaturæ lucra & emolumenta ob-
servanda, deinde artificium & industria. Quas res se-
quuntur Piscatores & venatores, qui exercent mercaturam
& negotiationem, & hic in libris census reponendos putat.
Post illos inquit colonis tam qui colunt nummis, quam
partiarum proportionem fructuum ad se spectantium, er-
unt sint coloni Ecclesiasticorum sunt censendi. Deinde redi-
tus annui debent æstimari, & in libro censuum describi,
ut

ut etiam lapides preciosi, annuli & similia æstimo sint
approbanda. Hæc de re vid. plur. Dn. Rovenst. *in d.
tract. cum 27. usque ad num. 41.* Doctissimus & Ampliss.
Dn. Pæice probat illum modum qui hodierno usu ple-
risque in civitatibus obtinet, dum nimirum singuli cives
prohænt tenentur, quantum in bonis habeant eamque
provisionem iuramenti religione confirmare.

LXXIII.

Imprimis autem omni opere evitandum est, ut tri-
butorum impositio ita fiat quo livor & populi odium e-
vitari possit. Quoniam vero si illi oneri quod conjunctis
ac communibus quasi humeris ferendum est, pauci subtra-
hantur, & horum (ut ita loquar) levamine cæterorum onus
aggravatur, distosa oritur inæqualitas, quam livor & o-
dium à tergo sequuntur, adeo ut cives pari dolore aliena
commoda ac suas injurias mediantur: Ideoque omni o-
pere vitandum, ut omnes cives ex æquo tributorum onus
pascant, & nemo subditorum nisi lege eximatur. De quo
*videtur, Cod. d. vect. & commiss. ut & ordinat. Camer. sup.
part. 2. tit. 43.*

LXXIV.

Tota vero immunitatis ratio sita est in prudentiâ le-
gislatorum. Cujus enim est imponere collationem ejus-
dem quoque est personas & res à vectigalibus, tributis &
collationibus eximere. Hinc potestatem illam juri-
tate Majestatis accenset Besold. *1. pol. c. 4.* Cum verò
in omni privilegio (ut ex Doctissimo Dn. Præsidis ore
fere numero audivi) magna & prudenti circumspectione
opus est, tum imprimis hoc privilegium quod circa im-
munitates versatur insignem requirit prudentiam, quia ple-
rumque cum odio & damno reliquorum civium conjun-
ctum & justitiæ imprimis particulari valdè contrarium.
Quam-

Quamvis hic dici possit non plus sed minus sumi, facile ta-
men ex Aristotele *l. 5. Eth. c. 1.* apparet, minus malum
in ordine ut majus malum boni rationem habere.

LXXV.

Ob immunitatem porro uni concessam ceteri præ-
gravantur, ut plus impendere cogantur. Quod naturalis
ratio fieri non concedit, neque ulla juris ratio per-
mittit ut suum alicui auferatur *l. meminere C. unde vi*
Rövenstr. act in rechtlichen Bedenken von Anlage Contr. pag.
73. n. 281. Sint v. g. 10000. annuo præstanda à plebe: sit u
uni atque alteri concedis immunitatem, reliquo popu-
lo onus aggravatur & majus quasi pondus imponitur
& ab illis in hos transfertur. Jam vero præ ceteris ali-
quos onerare, & pauperculos homines divitum tribus
premere, vel (ut his verbis utar) fortiorum sarcinas infirmi-
oribus imponere hoc summâ cum iniquitate conjunctum
esse faciliè apparet. Quisque enim tenetur suum non
alterius onus portare, & grave est non solum legibus ve-
rùm etiam æquitati naturali contrarium, pro alienis alios
molestari *l. 1. C. ut null. ex vicar. l. 11.* Ideoque non mirum
videtur, cur *tit. 25. l. 10. c.* inscriptus sit de immunitate ne-
mini concedenda. Nam in summâ necessitate omnes
immunitates cessant. *Besold. d. ar. c. 5. n. 20.* Et generaliter
immunitas haud extenditur ad onera, quæ imponuntur
ad publicum bellum vel aliam evidentem necessitatem.
Mynsing. 4. ofserv. 20. Nec Principem posse quenquam
in perniciem & præjudicium subditorum oneribus exi-
mere respondet. *Paris. c. 70. n. 14. Rövenstr. d. 1. n. 269.* Nec
ipse Imperator immunitatem à collectis Turcicis, non
nisi ex iustissimis causis indulgere potest: quum eo ipso
universo præjudicaret Imperio. *Schnob. l. 5. pol. c. 12.*
Ideoque a collectis Imperii nemo cujuscumque Status

estimar, & generaliter statutum est eum omnino ad
collationem publicarum functionum oportere urgeri
Amstel. c. de muner. si residet.

LXXVI.

Non immerita ergo Bodinus *l. 1. c. 2.* de absurdâ
Gallie consuetudine conqueritur, in quâ tria hominum
genera Sacerdotes, Nobiles, Magistratus, atque adeo fere
omnes qui divitiis prævalent atque ex Rep. maxima acci-
piant commodata, omnia tributâ in miseros opifices & ara-
tores rejiciunt. Nam omnium personarum in publicis
functionibus, æqua inspectio esse debet, ne dum aliorum
compendia sublevantur aliorum rationibus incommo-
dato Gull. Forter, *1. select. c. 20.* Imo locupletiores pluri-
mum tenuiores minus, gravari debent. Quo tempe-
ramento usobunquam usa est potentissima Belgii Resp.
ut scilicet in collectis extraordinariis ab iis quorum patri-
monium ad mediocrem pecuniæ summam perveniebat
nulli exigatur, teste *Worck. c. 16. contr. n. 92.*

LXXVII.

Injuria quippe (ut ex facta delineatione supra
apparet) in tribus exigendis maximè vitari debet. Ini-
quus enim exigendi modus facit, ut iniquum videatur
ipsum tributum Boxh. *l. 1. c. 10.* Tacitus hoc respectu
Bithynos omnia tolerare si injuriæ absint, inquit *in A-*
gri. Nulli æque dolet populo quam si debeant par-
tem bonorum contribuere publico, quod per pecula-
tiam, prodigalitatem & alias illicitas profusiones est evacu-
atum. Et Amplif. Dn. Præses in publicâ lectione contra
ipsum ut naturæ esse existimabat, si Princeps multa tri-
butis prodigalitati causâ ex gat. Vnum aliquem dissuere
de iis & voluptare gementibus undiq; & lamentantibus
sunt hoc non Regni est sed carceris esse custodem. *Mor. Frap.*

Li. Non ineptè hac de re Klock. *in d. 1. de contr. c. 7. n. 75.* inquit, honestam recreationem Principi invidendam non esse, sed omnem pecuniam ad necessarios & publicos usus destinatam, in rebus ludicris, in hominibus ignavis, scurris, peregrinis, mimis, lenonibus, scortis & ejusmodi virtutum dehonestamentis temerè saginandis inque explendâ libidine consumere, ignominiosum & turpe censeri.

LXXVIII.

Imprimis hîc seponenda est affectatio externæ existimationis, magnitudinem destruens internam. Et sic Alexander Severus Urbem, Provinciam & Aulam suam purgavit hominibus non necessariis: malum pupillum esse dicens Imperatorem, qui ex visceribus Provincialium homines non necessarios nec Reip. utiles aleret. Nefas etiam esse dixit, ut publicus dispensator in delectationes suas converteret, quod provinciales dedissent. *Lamprid. in ejus vita.* Ideo salaria quæ otiosos vel inutiles accipere videmus, sunt subtrahenda. Nihil quippe sordidius imo crudelius est, quam si semper illi remp. arrodam, qui nihil in eam suo labore contulerunt: quod olim dixit Antoninus pius Imperator teste *Capitolino.* Boleslaus I. Polonorum Princeps dicitare solitus fuit, malle se galinâ vescentem salutem & tranquillitatem suorum tueri, quam deliciis indulgentem pati, ut quisque injuriâ opprimeretur.

LXIX.

Quid sanè in novis collectis imperandis nocere Principis luxus, id experimento didicit Carolus VI. Lutetia Parisiorum. De quo sic Gaguinus *l. 9. rerum Gall. Hunius* inquit *ex Parisiensi plebecula novis quasi furis astra*
querè

quæretur se vultualem magnitudine premi itaque Præpost-
erum mercatorum agere, ad concionem hominem venire
cepit. Et unum plebi audiretur, vice multitudinis petis presti-
one. Et vestigula tolli, quod quandoquidem olim postulassent,
nec fuisse audiri adesse jam tempus, cum factum esse oporteat.
Comitatus multitudinem plerique sobriè obsistere cupientes, rasi
si in evadendum res arceretur, compesci furorem posse, in poste-
ram diem vegetius remittebant. Quod intelligens quidam ve-
teranorum viri fuit, temere exurgens, Pompa, inquit, aulico-
rum, & fuit in humeros populi recidans, & qua ab illis in-
lunam profunduntur damna nostra & calamitates sunt. Quis
convictione solam est, ut Regis mandato domum abire justis,
vestigula tollatur. Vid. etiam Besold. de ar. c. 4. n. 3.

LXXX.

Quamobrem prudens Princeps sobriè & circum-
spectè in illis versabitur, & à privatorum bonis citra justam
causam abstinere: suam securitatem in subditorum magis
amore ac benevolentia quam timore & odio collocabit,
ne æternas negotii effectum irritum solas accessit offensas.
Rerum omnium nec aptius est quicquam ad opes tuen-
das quam diligi, nec alienius quam timeri. Præclare En-
nius:

Quam metuumi viderunt.

Datum quisque odii perisse expetit.

Cic. l. 2. off.

Quamvis enim pauci tacitum dolorem continent, execra-
tiones tamen in Regem, vni ente odio metum, exaudi-
untur. Liv. l. 40. c. 3. Servientibus enim animis cum omnia
vidu tenemur, gemitus tamen populi liber est Cic. l. c.
Quod igitur non ad incolumitatem solum, sed ad opes
& potentiam valet plurimum, id (monente Cicerone)

impleamur, ut metus & quod hunc sequitur odium absit,
caritas retineatur.

LXXXI.

Præprimis Regium dictum inclyti & potentissimi
quondam Herois Jacobi I. Anglæ Scotiæ & Hyberniæ
Regis Principum aures subinde vellicet *Ante alia*, inquit
Rex l. 2. *inst.* ab Henricum filium primogenitum, *Noli te*
locupletare nova & gravia tributa imponendo sed tuo-
rum opes ac facultates certissimas tuas divisiis puto.
Ampliss. Dn. Præses *in disp. d. xv. §. 42.* Ac rectè Cy-
rus Persarum Rex apud Xenophontem dicebat, opera
Regum & pastorum maximam habere affinitatem,
sicut enim ad pastorem pertinet curare ut pecora ha-
beat lata & succulenta, ita convenire Regi cives &
subditos facere felices & opulentos, non quotidianis
exactionibus infortunatos & inopes reddere, præser-
tim si loci ingenio tenues sunt. Præstans sane Alexan-
dri M. responsum fuit, qui, dum admonitus longè plus
vestigalium auferri posse, & *olivorem*, inquit, *olæ*
qui radiceus olera excindat: subinnuens Regnum horri,
populares vero arborum & plantarum instar esse: &
quidem quam diu radix vivit, colligi fructus posse, ex-
secta vero planta arefcere. Modus itaque tenendus & ne tu
nimium tributa aggraventur prospiciendum. Nam si
sine ratione & modo tributa ad libidinem dominantis exi-
gantur; nulla capitalior pestis regi, nulla fors populls
acerbior, & si quis Remp. excindere, regna convellere
decrevisset non aliis consiliis ac validioribus machinis
impellere ad perniciem posset. Vbi enim gentium tam
violenta, tam tetrapapinis, consilia lætos exitus habuere?
Unde seditionum furia? unde furentium rebelliones?
unde

unde convulsionēs regnorum nisi ex hoc fonte sunt?
Lang. d. regno dicitur. l. 4. c. 1.

LXXXII.

Frequenter sane videmus, odium subditorum oriri ex
vitiis, & nimiam in exigendo tributo severitatem mo-
vere subditos ad seditionem *Tacit. l. 4. ann.* Cui attenta
in *Clapm. l. 3. d. arcen. dom. c. 25.* inquit: ubi ni-
mīs vœtigalibus aliisque pensionibus onerantur cives,
ibi conjurationes in caput Principis iniiri oportere. Sic
Ægyptis Ptolomeum regno pepulerunt, quod conqui-
sita undique pecuniâ Romanam societatem admerari
laboraret. *Dr. Arnisaus d. Rep.* Hoc modo Athenienses
quoque destituerunt socij ad Lacedæmoniorum partes
transeunt. *Thucyd. l. 1.* Cum Rehabeam tributū remissionē
flagitanti populo responderet. Pater meus flagellis vos ce-
cidit, ego vero scorpionibus adjiciam: decem tribus à sceptro
Juda se vullerunt. Imo bona pars Hispaniæ, Galliæ, vel ad
Gothos, vel ad alios ubique dominantes Barbaros trans-
migravit iniquitate transactionum compulsa, ut late dis-
sert *Salv. n. 3. d. gubern. Dei & Dr. Arnisaus. l. 7. d. Rep.*
l. 1. sed. 2. Galli in Ludovicum XI. bellum excitarunt ob
averendas exactiones, cui boni publici nomen præte-
xerunt. Ungari Matthiam Corvinum destituerunt in
mediu Regni cursu, quod exhausto per longa bella ara-
rio ad nova vœtigalia & tributa cogereur confugere.

LXXXIII.

Anno salutis 1375 tumultus gravis secessione ple-
bis à Patribus Lubecæ exortus est. Multas & magnas
societas Senatus impensas & crebris expeditionibus con-
tra Danos per mare per terras, uscipiendo item Impera-
tore Carolo V, as contraxerat alienum non mediocre.
Iudicabat ergo ut præter annuam collectam, per singula

civium capita solveretur una marca Lubecensis, & ut futuro tempore prospiceretur, aucta est mensura, quam molentes publicis usibus servituram, detrahunt in molen-
dinis. Eam rem acerbissimis animis acceperunt plebei evi-
cerari se queruntur, sanguinem prius quam pecuniam
datturos. Concurrunt in ædem Divæ Catharinæ, fratrum
Minorum Ecclesiam. Itaque Senatus civium voluntati
concessit. Crantzius *l. 9. Vandal. c. n. C. Klock c. 18. d.
contr. n. 3. 17.* Idem contigit anno 1408. dum Lubecen-
sis populus, propter novi tributi institutionem itidem
contra Senatum insurrexerat, rationem expensarum ab il-
lo petens. Senatus maxima pars urbe excessit Crantz.
l. 10. Vandal. c. 14. d. seq.

LXXXIV.

Modum itaque metiatur Politicus moderamine pru-
dentia civilis, & sedulo in id incumbat, ut tam sub-
diti velint quam possint contribuere efficiatur. Optiora
cautela videtur & quæ actiones quam maxime reddit gra-
tas, si appareat prius collatam pecuniam ad destinatos
usus insumptam fuisse, & si exactam pecuniam Magistratus
cum artificiosa quadam parsimonia ostentatione ero-
get. Tantum vero abest, ut Principis auctoritati ac dig-
nitati aliquid detrahere possit, si Princeps vel de pecunia
exacta Ordinibus quadam tenus rationem reddat, vel eam
ab Ordinibus deputatis administrari permittat, ut potius
ad candorem & ingenuitatem suam testandam & subdi-
torum suorum amorem erga se excitandam quam maxime
facere videatur. Ideoque in Aristocratiis nonnunquam
ex plebe quidam Senatui adjunguntur, ut videant quomodo
in usus collectæ insumantur. Quod institutum probat
Ampliss. Dn. Præses *in disputatione, d. velt. §. 25.* multa ad tri-
buto.

hucumque iocundum minuendam facere existimans, si quantum huius potest nonnulli ex populo ad inspectio- nem ararii aliquatenus sibi admittantur: qui videant mundum non tam per locum aut ignaviam prodigi.

LXXXV.

Incumbit quoque Magistratus prudentiæ, ut omni ratione prohibeant, ne ministri, officiales, & qui curæ ararii ac vtilissimum sunt præpositi, potestate, quæ illis tribuere non obzanda concessa, ad quæstum abutantur, neve lubidâ opum affluentia & morum superbiâ civibus male de imperio sperandi occasionem præbeant, ut qui ante in privata & sua re cæni in publicâ atque alienâ opulen- tiam fiant. Puras innocentesque manus habeant ne- cessè est. Sciri enim si fiat, inquit Ampl. Dn. Præs. nulla tributa sufficere semper, que ararium laborabit.

LXXXVI.

Cum præterea exatio odiosa minus sit quàm ex- actio, si quis deus est. omni modestiâ & lenitate sive man- suetudine sine flagitiis sine noxiâ, sine fraude, sine crude- litate & iniuria exactores collectam cogant: & non acer- bios nec contumeliosos se præbeant, sed moderatos & cum officiiâ benignos & cum instantiâ humanos uti de reoduce loquitur Iulianus *l. si bene. 33. ff. de usus.*

LXXXVII.

Mollis puri nominis ex necessitate in imponen- dis indicendisque tributis debent utriusque pari. Ideoque Iulianus *l. si quis deus. 33. ff. de usus.* Principes ad Themistoclem remittit, idemque in hoc negotii genere Divam illam Suadam tantopere commendat, ne subditi nimis & insolitis ex- actio- nibus vitari, offerati penuria & impotentia magis quam obsequii patientia inducitur, pacem exuant. Quo- circa

tirea in conventibus quoque Provincialibus, tum Sca-
ribus & subditis, ut collectas certo interstitio pendant,
soler benignè tractari, ac blandis vocabulis subsidii, ausi-
lii, adiutorij, adolæ, Releri) (Nos *Steuere* vulgò loquimur)
impetrari, non durioribus istis vestigalium tributorum,
impositionum, exactioinum &c. imperari videmus
Gail. d. *Arrest. Imp. c. 10.* Sicque in Gallia Carolus V. sub-
ventionis quam tributi aut indictionis vocabulo mi-
mauit.

LXXXIIX.

Abfit itaque omnis violentia & Suasio adfit. Ca-
melus blanditiis, non verberibus provocatur, ut ultra polle
laboret. Qui enim supplex est melius & facilius miseri-
cordiam recipit, quam qui cum magnitudine animi agit,
& qui petit cum ratione facilius quam qui sine ratione
impetrat. Maxima autem ratio rerum est necessitas,
quæ hoc habere putatur impossibilia ut persuadeat ple-
rumque. Hæc apud multos, imprimis Romanos, gravis-
simas exactiones tolerabiles reddidit.

LXXXIX.

Hac vero cessante, sc. necessitate, tributa etiam sunt
remittenda. Deficiente quippe onere deficit præstatio
quæ fit respectu oneris, & quando causa reduitur ad
non causam perinde est ac si à principio sine causa col-
lecta fuisset imposta *l. 1. in fin. ff. de cond. sine causa.* Sic e-
nim dicit Justinianus *l. 1. c. d. caduc. toll. end.* quod
belli calamitas introduxerat hoc debere pacis lenitatem
sopire, & *l. 1. §. opsamus C. d. offic. pres. pres. Affer.* lumine
libertatis reddito Afros à violentia tributorum respi-
rare, omnem avaritiam cessare, & justitiam ac veritatem
circa omnes tributarios reservari jubet. Hinc Roma-
nis

nis tributum remissum est, quam primum L. Æmilius
Paulus Macedoniam in opibus hege Perleo devicto ærarium
lenavit, teste Valer. Max. l. 4. c. 3. Ita Julius Cæsar victo
Pompejo, cunctis Asiæ incolentibus remisit tertiam
contributionis partem. Sic Henricus Galliarum Rex pace
cum Hispano firmatâ veteri galia extraordinaria subditis
remisit *Bebold d. ar. c. 4.* Et Imperator Leo in orientali
provincia & quibusdam aliis civitatibus, quæ cum pro-
pter frequentes exercitus nimium gravata essent, ab eis
vltima gravamina tolli & amputari ipse decrevit *in l. Cursum*
28. C. d. curf. publ. Quapropter ex monito Claudiani,

Tempora cominus cessent augmenta tributi,

Reges tunc privata crescant æraria damna.

X C.

Laudabile quippe æquitatisque plenum & ad favo-
rem populi conciliandum Principi mirificè conducit,
ut Tiberti, Pertinacis, Hadriani, Mithridatis aliorumque
Imperatorum & Regum exemplo, ob repentinas clades
vel ob mentis tubiliorum, onera ordinaria, maxime ubi
cessat causa ob quam introducta sunt ad certum tempus
aut in totum remittat *l. et. Greg. l. 3. d. Rep. c. 9. C. Klock*
in contr. c. 7. n. 121.

X C I.

Jam vero à causa formali ad finalem remotâ omni
ambage veloci pede transitus. Si vero omnis actio pro-
pter bonum aliquod est & instituitur, secundum Aristo-
telem *l. 1. Ethic. 1.* necesse est finem tributorum bonum
vel commodum aliquod esse. Id verò non tantum est Prin-
cipis. Non enim sat est ærarium Principis abundare,
nisi & domus privatæ sint opulentæ, serinia civium plena.
Necque tantum subditorum sed juxta legem *10. c. d. annou*

& trib. & l. g. c. d. exact. trib. commune. Communis boni
causa subditis dari tributa dicit Grot. l. 1. c. 2. n. 5. d. 1. b. p.
Ideoque contributio ob causam leyem & minimam non
est instituenta, multo minus eò dirigenda, ut saltem fa-
ciat ad superbiz tumorem, & quo inexplebili avaritiz
siti satisfiat, aut ut eo melius effrenatæ libidini indulgeri
possit. Quo enim gravior est finis eo & onus quod pro-
pter eum ferendum faciliùs fertur.

XCL

Quare ad publicum & destinatum usum omnia sunt re-
ferenda. Nam vehementer populum irritat, quando tribu-
ta non in publicam salutem sed privatorum commodum
vertuntur: ad eò ut publicum ærarium prodigalitate ex-
haustum per scelera supplendum sit. Finis ergo hac in
re probe est spectandus, qui est salus & necessitas Reip.
cui per ea quæ Principi ad id deputata concessaque sunt
non possit iussicienter subveniri. Ideoque juris Romani
interpretes dicunt, quod neque supremi Principes ne-
que inferiores imponere possint subditis suis collectas
nisi duo concurrant: primum est quod causa sit necessa-
ria & iusta; alterum quod Dominus salva dignitate atque
statu suo nequeat ex proprio illi succurrere necessitati. Si
enim ulla alia ratio pecuniæ coficienda haberi potest, ni-
hil extra ordinem est exigendum *Besold. d. ar. Quod Dn.*
Klockius c. 2. n. 121. d. contrib. his verbis exprimit: Si
status quispiam collectis Imperis, potestate collectandis non fuerit
jure Regalium sive magistratus, aut ejus potestatis concessa vir-
tute subditos suos gravare velis, utroque tamen casu & in
omnibus collectis id facere nequit, nisi ex redditibus suis, vel
sine notabili diminutione rerum suarum eas exolvere non possit,
sed ante omnia marisupium suum excusare debet, & si sic facere

non potest, tam vellet se potius, neque à subditis supra summam
in contributione imperti designatam quisquam exigere debet.
Capuoliubus de M. Antonio Philosopho scribit:
cum idem bellum etiam omne omne exhausisset, neque in
annuum iure, nisi ferre, ut extra ordinem Provincialibus ali-
quid imponeret, sic fero Deo Trajani auctorem ornamento-
rum imperatorum fecit. Dni. Arnitaus. l. 2. pol. c. 5. Sic etiam
Ecclesiam valem templi Domini contregit, & laminas au-
ri Regi Assyriorum dedit 4. Reg. 18. v. 16. nec cives gravi-
simis auctibus premerentur.

XCII.

Caveendum quippe, ne Princeps supremus ita potestatis
plenitudine abutatur, ut inde existat plenitudo iniquitatis
& tempestatis. Omnia (ut supra dictum) in tempore
necessitatis dicuntur Principis id est Rectoris & dispen-
satoris ac Patria Resp. quæ est Domina propriorum non
vero quibus Princeps, & quæ pro suis, non Principis pri-
vatis negotiis, supra morem consuetum contribuere di-
citur: ministrum autem & dispensator solum in eâ causa est
Princeps Arill. l. pol. c. 11. Vide Nov. 14. G. c. 2. ubi Imperator
non minus pie quam regie dicit. *Quæ ab illis* (sic subditis)
contribuuntur, partim in ipsos partim propter ipsos insumantur
& imponantur. Nobis autem prorsus nihil inde præter ista-
rum personarum habere contingit. Ideoque si Princeps ma-
le dispensat & in non necessaria erogat reus ferè est
peccatus & obnoxius rationibus reddendis.

XCIII.

Non etiam hic contributionum scopus esse debet, ut
potentiores plebem vel plebs optimates medullitè exu-
ant, ut penè plebem vel optimates maneat autoritas: id

ut male arcanis annumerat Clapm. l. 2. c. 3. in fin. cum quo
facile Machiavellus dicens: *Remedium prestantissimum
sibi videtur & ad publicam libertatem in Republ. conservan-
dam plurimum interesse, ne civis opibus admodum au-
geantur.* Egregiè vero rescripsit Imperator Justinianus
in l. §. 14. C. d. Caduc. toll. Nostrum, ait, esse proprium sub-
jectorum commodum, imperialiter existimante. Ideo
enim collecta, tributa, aliaque onera Principibus pen-
duntur, quod sint & esse debeant Ecclesiarum nutrices
Esa. 49. v. 23. Patres Patriæ, Pastores populi 2. Sam. 5. v. 2.
Tutores subditorum, & utriusque tabulæ custodes & exe-
cutores, salutis denique publicæ procuratores & mini-
stri.

XCIX.

Quare pecunia omnis à subditis quæ exigitur ad u-
sus publicos est convertenda. Hac de causa Principes
& Dominos collectas ad alium finem quam ad quem de-
putatæ fuerint abutentes graviter adversus Deum pec-
care respondet Colerus *Conf. n. 241. Klock in d. l. c. 7. n. 82.*
Ideoque Recessus Imperii de anno 1526. wir seind auch &
anno 1594. vnd wie wohl zuersehen ist dilerte innuunt: Das
die bewilligte Hülffe allem zu beschuzung der Christlichen
wolvahrt vnd zu keinen andern ende vnd nutzen gebraucht
sondern das aller dinge treulich vnd auffrichtig damit umzu-
gangen werden soll. Sicuti etiam Ordines in recessu de
anno 55 §. vnd da citr admonentur ne subsidia circuli in
aliam rem sed quo destinata sunt convertant.

XC V.

Hujus rei egregium exemplum præbet Turcarum
Imperator, qui ex hortis aulam sustentat, indictiones ve-
rò extraordinariæ, quas Haran agamini cani vocat, in
prohi-

prohibitum ludorem subditorum non nisi ad belli ne-
cessarios usus infumuntur *Beloid. v. 4. d. ar. n. 6. d. Ro-*
reud. in rubidum hedentem von Contribut. Vespasianus
eius & populi fortunas, prædas subtili auferret ingenio,
in locum rationem si voluptates male partas pecunias mi-
nime profudit sed in publicos & necessarios usus. Lu-
dovicus XI Gallia Rex in eo Vespasiani mores serè imi-
tatur. Cuto enim a populo ingentia tributa, imo
triplo maiora quam superiores Reges soliti essent exi-
geret, ea tamen non in libidines aut delicias consume-
bat sed in Regni ac Reip. necessitates.

XCVI.

Sicut enim monetarii & aurifices plumbum non im-
merito vocant cæterorum metallorum regem, quia sese
(quod quam maxime regium est) impendit, & consu-
mit pro utilitate ac decoratione omnium metallorum:
sic Principes meminisse debent, se ideo Dei præpoten-
tiam beneficio subditis præfici, ut eosdem aquis legibus
ac iuribus regerent, ab omni injuriâ & vi publica de-
fendant ac tueantur. Quod si vero loco defensionis &
elationis in id incumbant, ut vehem. entiori emunctio-
ne sanguinem populi eliciant ad inanes pompas, & luxum
superfluum, collectis prætextu necessitatis publicæ ab
indigentibus subditis imperatis abuti velint, illico, pii
boni & clementis Principis persona deposita, crudelis
hemini naturam induunt, & vix sædistima tyranni no-
tam interdum æstugunt.

XCVII.

Sane omnes maledictiones perveniunt ad eos, quæ
in S. S. literis pronuntiata sunt iis qui carnem populi
teunt. Huc non alienum videtur observare quibus Sacra-
scriptu-

scriptura iniquos exactores signavit epithetis, quæ Principes terrene ac reprimere merito debent, ut interquiescant à vexationibus populorum, deglubi se non tondentur quiritantium. *Ecce 1 Sam. 2 v. 12.* filii Belial *Esaï 1. v. 23.* locii furum *Ezech. 19. v. 2. c. 22. v. 27. Nahum. 2. vers. 11. & 12. Habacuc 1. v. 8. Sophon. 3. v. 3. Zachar. 11. v. 13. Prov 28 v. 15.* Leone rugientes, ursi esurientes, lupi rapientes prædam *Ezech. 29. v. 3. Psalm. 74. v. 13. & 14.* Cæta Dracones *Ierem 5. v. 6.* Pardi vigilantes *Amos. 4. v. 1. v. 2.* Pingues *Esaï. 14. v. 9. Zuch. 10. v. 3.* Hirci appellantur. His itaque tædissimis nominibus conterriti à tam immani vexatione delistere & boni pastoris instar tondere populum non deglubere Principes discant.

XCIIX.

Alexandri M exemplum non solum ad intuendum sed etiam imitandum populi Rectores in administranda Rep. sibi proponere debent, qui divitiarum ac pecuniæ optimum fructum non putavit profusionem esse: sed potius aurum & argentum raro cuiquam nisi militi divisisse legimus. Nefas esse dicebat, ut dispensator publicus in delectationes suas suorumque converteret id quod provinciales dedissent. Qua ratione & Imperator *in l. non privatam C d. priv. Dom. au. st. l. 11.* gloriatur, se redditus patrimonii sui ne essetibus publicis frequentissime deputare. Eberhardum seniore[m] sive primum Ducem Wurtembergicum anno ætatis 51. mortuum in vicinum paulò ante obitum hæc preces pro zelo effudisse scribit Hortleder l. 3. von ursachen des teutschen Krieges c. 1. Gott Schöpffer Himmels vnd der Erden/ ich bitte dich barmhertziglich/ du wollest mir zu erkennen geben/ wan ich ein mahl meinen Unrechtahn wieder rechtgetahn/ vnd über
läßig

*Wiltu ein armelich das selbts thutten von meinen Haab und
thutten walden abgeben wurd, oder man solches auch nicht zu
ist so hant ich darnachsetzer Wen / das du meiner armen
Seelen nicht ungerathen lassen woltest / sondern mich hie zeitlich
besitzt. Digna precamurcula ut offerin a Imperatorum
adeoque, unumum tenente Klocki, oreponatur.*

XC IX.

*Quoniam ergo Necessitas & utilitas publica unica
habet & sicut erandi regula, haec sola contributionum
causa impulsiva & finalis est, quae qualitatem (ut Klo. kius
ait) substantialiorem inducit ad quam solummodo respectus
habendus: quare omnes qui ad clavum Imperii sedent, re-
rum gubernacula trahunt, vel alii magistratus munere
funguntur, & ipsi regimini gloriae sectantur, omnes vi-
gilant, curant, & cogitationes in Reip. salute desigere, &
transitoriam quavis proprii commodi suspicionem a se
removere per unam publicam non tam in suam libidinem
quam ad publicas necessitates sublevandas impendere de-
bent. Cum Traiano cogitantes, ita se Remp. gesturos
praesentent populi rem esse
non suam.*

F I N I S.

